# Annotationes ad nonnullas papyrus a. v. d. Rendel Harris collectas

Anno 1936 p. Chr. v. d. J. Enoch Powell papyros a. v. d. Rendel Harris, cum Aegyptum viseret, acquisitas, edidit (1).

1. (36). Haec papyrus praebet fragmentum Homeri Iliadis (M 355–450), quod nonnullis locis a vulgato discrepat. Vss. enim 406 et 407 sic audiunt apud Monro-Allen:

Χώρησεν δ' ἄρα τυτθὸν ἐπάλξιος· οὐδ' ὅ γε πάμπαν
Χάζετ', ἐπεί οἱ θυμὸς ἐέλπετο κῦδος ἀρέσθαι.

In papyro autem haec legimus (pg. 21):

Χώρ]ησεν δ' ἄρα [τυτθὸν ἐπάλξιος· οὐδ' ὅ γε πά]γχυ
]. ἐπεί οἱ θυμὸ[ς ἐέλπετο

Adnotat Powell ad vs. 407: « The letter before ἐπεί is not the τ of our Χάζετ': it most suggest ν ». Fortasse supplendum est: εἶκεν.

Vss. 447 sqq. apud Monro-Allen sic audiunt:

τὸν (sc. λᾶαν) δ' οὔ κε δύ' ἀνέρε δήμου ἀρίστω
ῥηιδίως ἐπ' ἄμαξαν ἀπ' οὔδεος ὀχλίσσειεν
οἷοι νῦν βροτοί εἰσ'· ὁ (sc. Ἕκτωρ) δέ μιν ῥέα πάλλε καὶ οἶος.

Papyrus haec praebet (pg. 21):

τὸν δ' οὔ κε δύ' ἀνέρες οἵπερ ἀρίστοι
ῥηιδίως ἐπ' ἄμαξ[αν ἀπ' ο]ὔδεος ὀχλίσσειεν
οἷοι νῦν βροτοί εἰ[σιν· ἀτά]ρ ῥέα πάλλε καὶ οἶος.

---

(1) *The Rendel Harris Papyri*, ed. J. Enoch Powel, Cambridge 1936.

Vita e Pensiero – Pubblicazioni dell'Università Cattolica del Sacro Cuore is collaborating with JSTOR to digitize, preserve and extend access to Aegyptus
www.jstor.org

Adnotat Powell (ad vs. 449): « this supplement (sc. εισιν αταρ ρεα) is necessary to account for the double ρ ». Potius legendum esse puto: — εἰσιν· ὁ δ' ἀρ' ῥέα κ. τ. λ.

2. (126). In hac papyro apud Powell haec legimus (pg. 96):

οὐ γὰρ
]αυ .[. . . . .]άμμης εἰμὶ ὡς ὑμῖς λέγεται
]. οἶδα. ὅτι . . . τηρις εἰμὶ ἄνθρωπός
παρὰ ṭ]ὸν θεὸν ἔχω οὐδίναν {ἔχω} τὸν βοηθοῦν-
τα κ. τ λ.

2. lege: ὑμεῖς λέγετε — 4. lege: οὐδένα.

Punctum post οἶδα delendum esse puto. Suppleo e. g.: — ἀλλ'] οἶδα ὅτι [ἀλι]τήρι⟨ο⟩ς εἰμὶ ἄνθρωπος || καὶ ὅτι παρὰ ṭ]ὸν θεὸν ἔχω οὐδένα τὸν βοηθοῦν||τα [μοι.

## Polystratea

1. Duos locos in Polystrati libro incerto (1) supplere conatus sum, sc. fr. 3 col. VII *a* 6 et fr. 3 col. VII *b* 5. In primo fragmento haec legimus (apud Vogliano pg. 83):

[κ]|α|ὶ τὸ αὑτοῦ ἀγαθὸν [π̣ᾶν] ὑμνεῖ
τ̣ε̣ καὶ συναύξει κ. τ. λ.

Legendum esse puto: [καθ]υμνεῖ. Cf. Plut., *Contra Epic. beatitud.* 16 pg. 1098 *b*: ἀλλ' ἡδέως τε βεβιωκέναι καὶ βρυάζειν καὶ καθυμνεῖν τὸν αὑτῶν βίον ἐκκραυγάζοντες λέγουσι (cf. Stob., *Flor.* XVII, 34).

2. Secundum fragmentum haec praebet (apud Vogliano pg. 83):

. . . . .] ἄγοντας αὐτοῦ
π[α]νταχόθεν καὶ τὸ τοῦ κα[. . . . .
μονος καὶ σω[τ]ηρο[. .]των ἀγα-
θῶ[ν κ. τ. λ.

Supplendum esse puto: τοῦ κα[θηγε||μόνος καὶ σω[τ]ῆρο[ς. Agit Polystratus de Epicuro.

---

(1) *Epicuri et Epicureorum scripta*, ed. Ach. Vogliano, Berolini 1928.

# Philodemea

1. Philodemus putat (1) opinionem Neoptolemi (2), qui contendit poëtae etiam scientia geometriae geographiae astrologiae rerum forensium rerum nauticarum opus esse falsam esse (Col. II 11-30). Quae sequuntur apud Jensen sic audiunt :

Col. II 30 … εἰ γ]ὰρ [ἀν]αγκαία [γε]ω-
γραφ]ία [καὶ προσ]ήκων
τῶι ποιητῆι, πῶς οὐ] π[α]ντε-
λῶς κα]ὶ [τ]ὰ μὴ χειρουρ[γι-
Col. III κά; Χω[ρὶς τοῦ ἄλλων πρῶ-
τον εἶ[ναι τὰ τοιαῦ]τα, μᾶλ-
λον δὲ [καὶ φιλοσό]φου τῶν
ἀνθρώ[πων γνῶσιν λ]αβεῖν
καὶ τοι[αύτης χειρου]ργίας.

Versus 31 et 32 hoc modo restituendos esse puto :

31 [γεω|γραφ]ία, [τῶν προσ]ηκόν-
32 των τοῖς ποηταῖς] [3] π[α]ντε||λῶς κα]ὶ κ. τ. λ.

Apographon N(eapolitanum) ΗΚΩΝ praebet, apographon O(xoniense) ΑΙ...... ΗΚΟΝ.

2. Mihi videtur νὴ τὸν Δία supplendum esse in libro qui inscribitur de Rhetorica (4) (pars II, Col. XLIV, vss. 3, 4), ubi haec legimus (apud Sudhaus pg. 44) :

τὸ γὰρ τ[οιοῦτο εὑρή]σον-
τ]αι κα[λ]ῶς γενόμενον
......ịα κ. τ. λ.

*Hilversum (Olanda)* D. A. VAN KREVELEN

(1) PHILODEMUS, *Ueber die Gedichte, fünftes Buch,* ed. JENSEN, Berlin 1923.

(2) Cf. *l. c.* pg. 102.

(3) Nisi ποιηταῖς scribendum est.

(4) PHILODEMI, *Vol. Rhet.,* ed. SUDHAUS, Vol. II, Lipsiae MDCCCXCVI.